



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. An professio emissa à conjuge cum licentia alterius conjugis,  
manentis in sæculo, sive cum voto castitatis, sive fine illo, sit valida?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

redire debeat, etiam si hæc votum continentia jam fecisset, cum voti talis absolutus valor à professione securatur alterius dependeat, tanquam à conditione.

## §. II.

An professio emissæ à conjugi cum licentia alterius conjugis, manentis in sacculo, sive cum voto castitatis, sive sine illo, sit valida?

**R**espondetur validam fore, modò cum consensu manentis in sacculo fuerit facta, quamvis nec religionem hæc, si juvenis, aut de incontinentia periculo suspecta fuerat, ingressa fuerit, nec votum continentia in sacculo manens emiserit, si senex fuerat, & extra incontinentia suspicionem, prout communiter sentiunt Canonistæ, & probant ex canonice Agathosæ 21. caus. 27. q. 2. &c. ex parte 9. junct. Gloss. verbo de jure b.i. cùm illicita quidem dicatur à jure talis professio, non tamen invalida, si consentiente uxore facta sit; & hinc, si maritus talis, qui cum licentia quidem uxoris professus est, hac tamen non profiteente, nec votum continentia faciente, per Episcopum ad uxorem hanc suam redire jubeatur (quod facere posse Episcopum, ob incontinentia periculum, ex parte uxoris, ex cit. c. 1. pater) exigere quidem non potest debitum, neque post mortem hujus suæ conjugis ad secundas nuptias transire, ob impedimentum dimitens voti, reddere tamen debitum conjugale, conjugi huic suæ debet, cùm per licentiam transeundi ad

religionem concessam, suo juri, quod habet ad petendum debitum, legitimè non cesserit, neque votum continentia fecerit, nisi conscientia uxori juris disponens, de suo etiam in religionem ingressu, aut vovenda continentia, licentiam profundi matito dedisset; hoc enim in casu revocari vir non posset, cum uxoris talis licentia in ordine professus, quamvis uxor suam postmodum obligationem, quam merito, dando licentiam marito, cum tali conscientia juris, in se suscepisse censeretur, non impletat, prout iterum colligitur ex cit. c. 1. b. t.

## §. III.

An professio mariti invitâ, vel ignorantie uxore facta, & vice versa uxoris, invito vel ignorantie marito post consummatum matrimonium, sit valida, & ad quid obligat.

**R**espondetur non valere quidem ramificationem professionem post consummatum matrimonium, invitâ, vel etiam ignorantie, aut contradicente alterâ thorice parte factam, ita ut mortuâ hac comparte suâ ad religionem transire non teneatur, qui taliter professus est, obligare tamen talem professionem in via simplicis voti continentia; ita ut taliter professus petero non possit postmodum debitum, quamvis reddere teneatur, & post mortem hujus sue compartis perpetuam continentiam servare teneatur, c. Quidam. 3. &c. Placer. 12. b. t. cùm in tali casu præjudicium quidem inferre non potuit per professionem talem suæ conjugi, quia tamen, invitâ etiam conjugi, vovere potest continentiam, id quod